UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt

Nádasi, János

Romæ, 1657

Martinus Ignatius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Visual Library

Exercitia. Hiberniam è Bohemia redi-
turus, Exercitia obibat S.P. Ignatij; quo tempore oborta illi eſt fiducia ſingularis, ſanguinis pro Catholica fide fũdendi. Socij, qui cum eo tunc cecidêre, fuêre Coadiutores duo; alter *Vvẽceslaus Trnoska*, de quo nihil accepi; alter

Martinus Ignatius Coad.

ibid. Hic magno martyrij deſi-
ætat. 63. derio flagrabat ſemper; imò & ſpe: ad quam putatur diuinitùs fuiſſe erectus. Diuino
Euchar. Euchariſtiæ Sacramento paſtus, dulciſſimè lachrymabatur.
B.V. In colenda Virgine Beatiſſima erat aſſiduus; eamque amoris tenerioris flagrantiam ex ipſo Matris diuinæ vultu aliquãdo ſpectato hauſit, aut potiùs, ampliùs inflammauit. Creditur enim aliquando illi Virgo Bea-

tiſ-

tiſſima ſe ſpectabilem præbuiſſe.

IVNIVS.

Blaſius Schelling. Coad.

INtegerrimi ad vigilandũ, orandum, laborandum, exempli vir. cùm, irrumpente milite Suecico, hæreticis S. Sebaſtiani reliquias, ac theſaurum prodere iuberetur, fronte fune contorto conſtrictâ arbori alligatus; IESVS MARIA, aiebat, theſaurum non ſcio. Quare funis & caput illi gladio fiſſum eſt, cerebrumque diſperſum; cadauer fimo contectum.

German⁹, Eberſpergæ. 1. Iunij 1632. ætat. 78. Soc. 53.

Reliquiæ.

P. Cornelius Beudin Godinez.

Hunc nullius vnquã violatæ noſtræ legis reum fuiſſe dixêre attenti quidam, qui eum pernouêre. SS. Euchari-

Belga. apud Tarau-marenſes. 4 Iunij. 1650. ætat. 40. Soc 15.